



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Quæ Meditationes Complectitur circa omnia Christi Domini Acta, ab eius  
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1612**

19. De ambulatione Christi super aquas cum Phantasma esse iudicabatur  
à discipulis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)



solūm *tacere* imperat; sed etiam *obmutescere*, quod amplius est: vt turbationē ipsam à radice sedans, perfectā efficiat pacē. Quamobrem, si varijs cogitationibus & passionibus turbari me sensero, orabo ipsum Dominū, vt non tacere solūm ad tēpus, sed eas etiam mutescere imperet: ne vnquam amplius me in ea re perturbent, in qua turbarunt hactenus. Quod si me interdū turbari expediat, id ita moderetur, vt magna eorū, quæ in me experior, admiratione, id dicā, quod *homines* in naui illa *mirati dixerunt. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?* O Saluator omnipotens, cor meū est c quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius mille diuagationibus & contrariarū passionū ventis cōmouetur: impera illi vt quiescat, dicens, *tace & obmutesce*; quia ipsum dicere tuū est omnipotens, & ideo ei ē vestigio parebitur.

Isa. 57. 20,

MEDITATIO XIX.  
CHRISTVS DOMINVS SV.  
per mare ambulans, Phantasma  
à discipulis existimatur.



N hac Medit. per modum doctrinae inferam aliqua documenta ad discernendū Christi verum spiritū à phantastico siue imaginario; verūque & solidum spiritus feruorem, & affectus, quos Deus, dum pias animas visitat in oratione iucundā suā præsentiā in eis efficit,



## PUNCTVM I.

**C**OMPVLTA Iesus discipulos ascendere in nauiculā, & pracedere eū trans fretū, donec dimitteret turbas, & dimissa turba, ascendit in montē solus orare: vespere autē factō, nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim eis contrarius ventus.

a Mat. 14.

22.

PERPENDAM hic primū, quantoperè Christus orationem amaret, cui vt vacaret & separatū locum, & quietū noctis tempus eligebat; dimissis à se discipulis, ad quartam vsque vigiliam noctis magno eam feruore producebat: (quod in tertiæ huius partis Introduct. §. 2. notauimus) ex quo discam quàm sollicitè me pro salute mea oporteat orare; cū videam Christum studiosè adeò pro aliorum salute in oratione pernoctare.

I.

DEINDE perpendam, graue fuisse Apostolis à Magistro suo charissimo discedere; siquidem S. Mar. ait: *b coegit eos*: voluissent enim potius ipsi in montē cum ipso ascendere, & orare, vt in eius semper essent societate, vt qui conijcerent, sibi periculosum fore, mare sine Magistro suo ingredi. sed vicit tamen obediendi studium: in omnibus enim par est, Deo vt pareatur, etiam cū periculum aliquod graue videtur imminere; etiam cū secreta oratio esset intermittenda, id enim est Deum pro Deo relinquere.

II.

b Mar. 6. 45.

DENIQUE mysterium huius tempestatis, qua nauis Apostolorum iactabatur est ex-

III.

Q +

pen-



pendendum. Aliàs quidem ipso Christo in nau-  
ui manente sed dormiente tamen exorta tem-  
peftas fuit: nunc, absente eo, tempeftas exori-  
tur, tum quo discipulorum fides magis magif-  
que probetur, videntiũ magiftrum absentem  
effe, tum vt intelligatur, Ifolare eundẽ Chri-  
ftum fuis, quoad fenfibile gratiæ fubfidium,  
abeffe, & grauibus interdũ tempeftatibus a-  
gitari permittere, quò eorũ fidelitas magis  
probetur: Et quò illi maiores in virtute pro-  
greffus faciunt, eò folent huiusmodi proba-  
tiones, eà absentia ratione, magis crefcere, ob  
innumera bona, quæ inde folent prouenire.

## PUNCTVM II.

a Mar. 6. 48

**T**AMETSI Christus effiet in monte, & no-  
cte: a vidit eos laborantes in remigando,  
erat enim ventus contrarius eis: & mife-  
ratione motus: circa quartam vigiliam noctis  
venit ad eos ambulans super mare: & volebat  
praterire eos. At illi, vt viderunt eum ambulan-  
tem super mare, putauerunt phantasma effe; &  
conturbati pra timore clamauerunt dicentes:  
qui a phantasma eff.

I.

PERPENDENDVM hic primũ, difcipulos,  
etfi tempeftate agitados, non tamen animũ ab-  
ieciffe, aut otiofos fuiiffe; fed cõtra ventum &  
grauẽ tempeftatẽ remigando ftrenuẽ labora-  
ffe: quo nauiculã fuã & feipfos faluos ad por-  
tũ deducerent: vt ex eo difcã animũ non abij-  
cere in ftante tribulatione, aut cõplicatis ma-  
nibus otio me tradere, & in folũ Deum totum  
eius remediũ cõijcere; fed manũ admouere, &

quid.



quidquid in me erit, etiam si sudandum sit, apponere, illius instar, qui solus remigat; orationem & alia pœnitentiæ opera sedulo & optimo, quo licebit, modo exercendo: quò Deus auxilium ferre non differat.

CHARITATEM deinde Christi expendam, qui etsi absens esse videatur, non tamen suorum obliuiscitur; sed eorum laborem, diligentiamque respiciens, hinc sibi complacet ex eorum conatu; inde commiseratione mouetur ob ea, quæ patiuntur. O anima mea, quamuis in huius mundi mari, & in seculi huius tenebrosa nocte constitutam, & tentationibus agitatum te conspicias, magnam habe fiduciã, quia Saluator tuus in cœlorum montibus orans *b ad dexterã Dei est, & c aduocatum habemus apud Patrem qui interpellat pro nobis*, & labores tuos ex throno illo suo aspiciens commiseratione tactus, misericordiã suã infinita aderit, teque sicut Stephanum iuuabit; quò possis ad coronam peruenire.

II.

TERTIÒ causas expendam, cur voluerit Christus ad suos discipulos veniens, super aquas ambulare. *Prima* enim causa fuit, quò suam omnipotentiam manifestaret, & potestatem, quam in maris aquas, & mundi huius tribulationes & tempestates haberet, quas dum pedibus suis nullo timore calcaret; eisdem se superiorem ostenderet; ac porrò & si passionis suæ tempore *d aqua tempestas eum demergeret, aut absorberet profundum, vt insigideretur in luto*: non id ex debilitate sua, sed

*b Rom. 8. 34  
c 1. Ioã. 2. 1.*

III.

*d Psal. 68.  
16. 30. 32.*



ex charitate, desiderioque pro bono nostro patiendi, proueniret: nam Deus videlicet eum exaudiens, & ab ea tempestate liberans eum suscepit, & victor ac superior euadens, *placuit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.*

ALTERA causa fuit, vt Orationis efficacitatem ostenderet, quam solus in monte habuerat: ex qua solent iusti adeo robusti prodire, vt nec tempestates ingruentes pertimescant, nec ab eis submergantur: potius intrepido corde eas aggrediuntur, & superiores euadunt, & licet ij, qui sunt in naui vehementer timeant; ipsi tamen nec in mediis fluctibus timeant, oratione & fiducia in Deum maiorem illis securitatem adferente, quam humana omnia remedia iis adferre possent, qui spem suam in eis ponunt. Nam in mediis in numeris tempestatibus, tanquam *in ventre piscis sicut Jonas* constituti, oratione sua impetrant, ne tribulationis cetus ipsis noceat, sed ad tutissimum potius portum deducat. O IESU dulcissime, concede mihi ad altum orationis montem ascendere tecum, supra me ipsum eleuando, quod eius virtute, adiuuante gratia tua, super tribulationum & tentationum aquas exurgam, nec ab eis mergar.

*c Iona 2.1.*

IV.

PERPENDENDVS demum discipulorum inanis timor, ex conspecto Christo Domino super aquas ambulante, quod phantasma esse crederent: nam qui ob tempestatis furorē qua iactabantur, non dicuntur clamasse; iidem ob metu

inanis



inanis aspectus exclamauerunt omnes & con-  
turbati sunt: vt ex hoc discamus quanta no-  
stra sit imbecilitas & miseria, qui sæpè Dei  
virtute muniti, magna etiã pericula obimus,  
& difficultatibus nos opponimus; & mox in-  
genti ignauia & pusillanimitate terremur à  
minimis & phantasticis: vt intelligamus re-  
uera non nostram esse illam virtutem & for-  
titudinem, quam in rebus adeo exiguis nobis  
deesse experimur.

## PUNCTVM III.

**C**IRCA verbum illud Apostolorũ: quia  
Phantasma est consideranda sunt tria  
hominũ genera, qui cum Christo Do-  
mino agentes, alios atque alios de ipso, eius-  
que rebus cõceptus habent. Alij. n. quod reip-  
sa phantasma est, & umbra phantastica, Chri-  
stum verum esse existimant; somnia enim sua  
& imaginarias apprehensiones pro certis ve-  
risque habent reuelationibus; affectus & ani-  
mi sui perturbationes veras iudicant esse vir-  
tutes; nam impotentem iram suam zelum ex-  
istimant; turpem amorem dicunt esse spiri-  
tuale. Hi vt plurimum sunt superbi, præsu-  
mentes, & proprio iudicio nimium tribuen-  
tes. Quamobrem sæpè a *Satanas se transfigu-*  
*rans in Angelum lucis*, eis persuadet, propriam  
iporum sententiam, verissimam esse lucem;  
cum verè sint tenebræ: & aliàs proprium ip-  
orum iudicium, *Satanæ* fungens officio, facit  
eos credere omnes internos suos motus & in-  
stinctus esse ab Spiritu S. cum reipsa à proprio

suo,

f Marc. d.

49.

a 2. Cor. II.

14.



suo, carnali, seculari, superbo, cœcoque distentur. Aliàs propria imaginatio, cum capitis præsertim imbecillitate, eos decipit, dum adeo viuam Christi imaginem sibi illa effingit, vt Christum ipsum verum existiment, & fictitio hoc fauore inaniter euanescent, sibi persuadentes ea verba, quæ paulò antè ipsi fortè cogitauerant, aut quæ libenter audirent ab ipso Christo esse prolata. Ac denique etiam ipsi valde spirituales, qui veras Dei inspirationes habere consueuerunt, iudicant interdum tales esse, proprias ipsorum ratiocinationes, sicut Nathan Prophetæ accidit, cum dixit Dauidi, cogitanti domum Domino ædificare: *b Omne, inquit, quod est in corde tuo, vade & fac: quia Dominus tecum est.* Adnotauit autem c S. Gregor. non ex reuelatione id dixisse Nathan, sed ex proprio iudicio, siquidem eadem nocte dixit Dominus eidem Nathan, vt diceret Dauidi, non ipsum, sed filium eius *domum nomine Domini ædificaturum.* Eodem etiam modo decepti, de aliorum spiritualibus motionibus iudicium faciunt; fidem facillè ijs, quæ ipsis dicuntur, adhibentes, seque signis externis apparentijsque deduci patientes. Ex quo fit, vt approbent ea, quæ verè sunt phantasmata; illamque viam teneant, de qua Spiritus sanctus; *d Est via, quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.*

b 2. Re. 7. 3.  
23.

c 2. Dialog.  
21. & Homil. 2. in  
Exech.

d Pro. 24. 21

II.

ALII contrà omninò, quod verè Christus est, Phantasma existimant, & solidā virtutem  
appel.



appellant passionem; veram inspirationem, proprii spiritus impulsu iudicant. Tales solent esse nimis timidi, scrupulosi, & ignari, e  
*qui ob suam ignorantiam, aut timidam & melancholicam complexionem illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Quod interdum etiam iis accidit, qui in via spiritus aliquos progressus fecerunt: cum graues aliqua tentationes & tempestates exurgunt; sicut in hac occasione Apostolis accidit, ipso Christo Domino has tenebras, dubiaque permittente: sine Deo an Phantasma, quod ipsis oculis cerunt, & experientia nouerunt: quod sic exercentur, & probentur; crescantque in humilitate, & aliis virtutibus. tunc enim terribilior censenda tentatio est, cum illud ipsum, quod Deus tanquam remedium mihi offert nouam interpretor deceptionem. Et similiter decepti aliqui increduli & inexperti de aliorum spiritualibus motionibus sentiunt; de ijs, quae ignorant, blasphemantes; existimantes, visiones omnes ac reuelationes, & opera, quae vident audiuntve admiranda, phantasmata esse, atque deliria. Idque perinde asserunt, atque si hisce temporibus nemini se Deus, sicut olim Sanctis communicaret. Vtrunque hoc extremum est perniciosum: neque enim minus malum censeretur, si Christum existimes esse phantasma; quam si contra, habeas phantasma pro Christo; aut repellas quod est Deus existimans esse daemone; quam admittere quod reuera est daemone, existimans esse Deum: Et  
 xque

e Psal. 32.6.

Ex S. Greg.  
hom. 5. in  
Ezech.



fr. *Thef. 5.*  
19.

III.

g 1. *Ioã. 4. 1.*

h 1. *Cor. 12.*  
10.

i *Hiere. 6.*  
27. *Proba-*  
*torem dedi-*  
*te.*

k *Prou. 16. 2*

æquè noxium est, si carnis impetum sequaris, credens esse Spiritus S. atque f *Spiritus* impulsu *extinguere*, credens esse carnis impetum.

TERTIVM hominum genus mediam tenet viam, quæ est iuxta S. Ioan. consilium. g *No- lite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt*: quo examine præmissio, gratia Dei assistente iudicium quale oportet de rebus omnibus faciunt, ac distinguunt id, quod est verè Christus, ab eo quod est phantasma, & mera apprehensio, tam in rebus proprijs, quàm alienis, quas examinant: soletq; Deus ad id conferre donum illud, quod Apostolus h *Spirituum discretionẽ* appellat, quod præcipuè Magistris Ecclesiæ communicat, quos propterea Examinatores & Spiritus metallorum i *Probatores* appellat. Ad quos propterea par est eos recurrere, qui sunt minus experti; ne decepti aut falsum aurum pro vero recipiant, aut verum tanquam falsum reiiciant. Debemusque omnes hanc cælestem lucem à Christo Domino nostro ne aberremus, petere dicentes: O cælestis Magister, verè k *Spirituum ponderator*: ne quæso me patiaris eam tibi iniuriam inferre, vt phantasma appellem quod verè Deus est; aut Deum, quod est merum phantasma. Illustra me potiùs diuina luce, vt alterum horum ab altero discernere valeam: adiua me etiam, quò boni spiritus impetum sequar; fugiam verò mali. Amen.



## PUNCTVM IV.

**C**VM a prætore discipuli clamauiſſent, *a Matt. 14. 27.*  
 ſtatim IESVS locutus eſt eis, dicens: ha-  
 bete fiduciam, ego ſum, nolite timere.

PERPENDENDA hîc primùm eſt clementia  
 Saluatoris IESV Chriſti, qua voluit tam cito  
 turbatos & afflictos diſcipulorũ animos con-  
 ſolari ſe ipſum eis manifeſtans, & tribus tan-  
 tum verbis falſam eis apprehenſionem expel-  
 lens. Eſt enim ſpiritus Chriſti proprium, falſo  
 timore reiecto ad ſolidam fiduciam animos  
 permouere, talesq; in eis effectus ingenerare,  
 vt verbi illius *Ego ſum* capiât veritatem. neq;  
 enim ſatis eis fuiſſet idem verbũ quomodo-  
 cunq; propoſitũ, niſi voce propria ipſe locu-  
 tus fuiſſet, quam ipſi reuera agnouiffent, aut  
 certa eiſdem indicia exhiberentur, quę oſten-  
 derent, ipſum verè eſſe, qui loqueretur.

HINC vltèrius pergens cõſiderabo, quid in  
 cordibus noſtris agatur, cùm Chriſtus illa  
 viſitans loquitur, & ſignis aliquibus aperit,  
 ſe eſſe qui loquatur, Vt enim quiſque homi-  
 num proprium habet modum loquendi, ex  
 quo, qui cum ipſo verſantur, eum agnoſcunt,  
 & ab aliis diſcernunt; ita viri ſpirituales,  
 qui valde familiariter cum Chriſto agunt, di-  
 cunt eum ſic & ſic ſolere ad cor loqui, tanta  
 dulcedine, pace, & virtutum plenitudine, quę  
 ipſius diuinitatem referant, & manifeſtent,  
 q̄ qui loquitur, ſit ſpiritus bonus: quia malus

non

I.

II.

*S. Greg. 4.  
 Dialo. c. 48.  
 S. Auguſt.  
 6. Confess.  
 c. 23. id dicit  
 de S. Moni-  
 ca.*



S. Diodocus  
de Perfectione c. 30.

non quidem potest talem saporis dulcedinem effingere. Hoc autem Christus verbi sui omnipotentia ostendit: quia vel vnico momento transmutat cor timidum in valde confidens, ex tristi in lætissimum, ex perturbato in tranquillissimum, ex duro in mollissimū, ex arido in deuotū, ex afflicto variis carnis vanitatis, concupiscentiæ tentationib<sup>9</sup>, in quietū & contrariis affectibus ornatum. Itaq; tempestatum & perturbationum tempore, Dæmonis spiritus adfert pusillanimitatē, animi defectum, diffidentiam, desperationem; at Christi spiritus contrā, adfert magnanimitatē, excitationem, & in Deo fiduciam, ac in eius seruitio constantiam. Tempore autem prosperitatis, & consolationis siue sensualis, siue spiritualis, Dæmonis spiritus superbiam adfert, vanitatem, præsumptionem, propriam fiduciam, sui ipsius complacentiam, rerum propriarum, maximè verò iudicij propriij æstimationem, rerum verò aliorum cōtemptum; at spiritus Christi, humilitatem suggerit, sui ipsius contemptum, de seipso diffidentiam, sanctum timorem ne recidat, subiectionem Deo, & omnibus propter eum.

III.

ET vt idem homo alio tono in eodem verbo offerendo vtitur, cū ad terrendum vult iram ostendere, quā cū ad indulgendum ostendit lenitatem; ita Christus eodem illo verbo. *Ego sum* contrarios in diuersis hominibus effectus producit. Nam hic Discipulos a concepto timore liberavit, paci que reddidit.

eos



eos verò qui, vt eum comprehenderent, in hortum venerant, ita terruit, vt verbo illo *Ego sum* audito abierint retrorsum, & in terrā ceciderint, vt in 4. Par. dicitur. Eodem etiā modo præsentiæ suę testimonia interna peccatoribus reddit & iustis, illos reprehensionibus, minis, terroribusq; conterrendo, vt peccata sua deserant; his verò indulgēdo blandioribus affectibus gaudij, pacisq; spiritualis, vt in suo animet obsequio. & si initio timorem interdum incutit, vt excitet reuerentiam; mox tamen pacem adfert eum lætitia, & conscientię securitate.

HIS benè perpensis supplex à Christo Domino petam, vt me visitans, ita ad cor loquatur, vt verè ipsum loquentem agnoscens, reuerear, amem, seruiam, & illi omninò confidam. O Deus omnipotens, qui es ille qui est, dic quæso animæ meæ *Ego sum*, noli timere, dulcem tuam & iucundam ei manifestando præsentiam, qua inanes eius omnes timores euanescent; feruentia verò desideria inflammantur, opere ipso illa ad tuam gloriam exequendo. Amen.

PUNCTVM V.

**A**VDITIS Christi Domini verbis, a Respondens Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. a Matt. 24. 28.

IN his verbis, quinque feruentis charitatis proprietates indicantur, quibus verus fer-

III. Part. Medit.

R

uor

b Ioan. 18. 6.

S. Thom. 3.

p. 9. 30. 4. 2.

ad. 3.

B. P. Ignat.

in Regul.

de hoc.



Ferventis  
charitatis  
proprietates.

I.

uor à falso discernitur. *Prima* proprietates est ingens *Lux*, & Christi Domini, ac excellentiarum, quæ in verbo illo *Ego sum* latent, æstimatione, quam diuino lumine illustratus Petrus ita est affecutus, vt non dubitantis, sed omninò asseuerantis illa fuerint verba eius, *si tu es*, quasi dixerit, *quandoquidem tu es*, qui est ipsum esse, ipsum posse; ipsa bonitas, ipsa charitas, ostende mihi re ipsa te esse, qui sis, testimonium præbens eius, quod es. *Secunda*

II.

proprietates est, vehementer desiderare, aliquid sibi à Deo iniungi, quò suum erga eum amorem vicissim ostendat: idè enim ait: *Si tu es: Iube me*. Seruus enim tuus sum, & promptus ad tibi parendum: magnæ gloriæ mihi duco, si mihi aliquid mandes: manda itaque quod vis, & ego parebo. *Tertia* proprietates est,

III.

ingens desiderium apud dilectum manendi, quæcunque moram, quæ ab eo impediatur, longam & molestam sibi existimans; desiderans non lento sed festino passu progredi: ac propterea adiecit S. Petrus: Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas: idque non vanitate ductus, aut miraculum expetens dixit; sed feruèti desiderio, propè Magistrum suum manendi, impulsus. Perpendam verò, eundem S. Petrum, cum in sua nauis, ingentis piscationis miraculum vidit, voluisse à Christo ipso recedere, dixit enim: *b Exi à me, quia homo peccator sum Domine*: Nunc autem videns ipsum Christum super aquas ambulantem, accedere potius cupit: & vterque hic spiritus, bonus erat.

b Luc. 9. 8.

nam



nam primus ab humilitate proficiscebatur: coniciens enim in seipsum oculos, aduertit se peccatorem & indignū esse, qui propè tantam maiestatem consisteret: secundus verò ex amore processit, quia non in seipsum, sed in Christum eiusq; omnipotentiam respiciens, illi volebat adherere. Vtrunq; ergo affectum diuersis temporibus meritò eliciam: quia vt primus secundum facit tutiorem; ita vicissim secundus primum reddit perfectiorem.

*Quarta* proprietās, quòd se confidentissimè offerat etiam ad ea, quæ & proprias vires excedūt, & imbecillitati propriæ impossibilia videntur: quia nō viribus propriis, sua desideria metitur, sed virtute Dei. Ideoq; S. Petrus se obtulit, vt in mare se se proijceret, persuasus se Magistri sui virtute posse super aquas ambulare nec mergi, sicut ipsū videbat ambulante, nec tamen mergi, feruentem .n. c *charitatē* c *Can. 3.7.*

*nec multa tribulationū aqua extinguere, nec flumina illā obruere poterunt. Deniq;* charitas v. et si feruens sit, non est tamen præceps aut temeraria, sed prudens & cauta, quæ nō se proijcit vltra quā possit, nisi Dei licentia, mandatum adsit aut inspiratio, in quò fiduciā suam ponit: Sic enim S. Petrus non prius se coniecit in mare, quàm CHRISTVS id iuberet, dicens *Veni. O Magister dulcissime, d Introduc me in cellam vinariam, & ordina in me charitatem,* d *Can. 2.4.* pretiososq; eius affectus iis proprietatibus exorna, quibus sancti huius Apostoli tui caritatē exornasti: ne feruor, aut q̄a inordinatus,



me præcipitet; aut quia timidior, aliquid de perfectione sua amittat.

## PUNCTVM VI.

a *Matt. 14.*  
29.

**R**ESPONDENTE Christo, *Veni descendens a Petrus de nauiculo ambulabat super aquam, vt veniret ad IESVM.*

I.

b *Psal. 144.*  
29.

c *Matt. 26.*  
33.

d *Luc. 13, 33*

PERPENDENDVM hic primùm, licet Christus aliàs S. Petri feruorem represserit, non tamen nunc repressisse, sed in eo potius sibi complacuisse; petitioni quæ eius annuisse, quam videbat à verò, amore profluxisse, & resignationis, fiducia quæ; spiritu non in se sed in Christi virtute factam fuisse. Petitiones autem, quæ tales habent comites, quia ab Spiritu sancto procedunt, facillè Christus exaudit. Libenter enim *b Voluntatem timentium se facit, & deprecationem amantium exaudit,* quas ad amoris eorum manifestationem dirigi cernit. Contra verò, cum idem S. Petrus in nocte Passionis diceret: *c Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor: & d paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire;* non illi respondit: *Veni sciens illam promptitudinem à superbia & præsumptione de seipso procedere, etiam cum aliquo reliquorum discipulorum contemptu, quibus sese præferbat: quæ quod in hac petitione defuerint, illi annuit. Ex quo intelligam, qua ratione, quæ à Christo Domino impetrare cupio, petere me oporteat.*

ANNVII



ANNUIT etiam Christus illi petitioni, ut ipsi discipuli experiētiā discerent, ipsum iure meritō illis dixisse *Confidite, habete fiduciam, ego sum, nolite timere*, siquidem adeo se potentem ostēdebat, ut vel illo verbulo *Veni*, tantum prodigium perficere posset, ut purus homo æquē super aquas, atque supra firmam terram ambularet. Ex quo spiritum suum eleuarent ad credendum, & confidendum, ipsum esse adeo potentem, ut efficeret ipsos *super aspidem & basiliscum ambulare, & concalcare leonem & draconem*, nulla ab eisdem accepta læsione: & ut maris huius mundi fluctus non horrescerent: eod quod efficere ipse posset, ut illi supra eos ambularent, nec solum non mergerentur, sed nec maderent quidem, nisi ad summum, pedum plantæ, hoc est leuiore aliquas culpas contraherent, aut imperfectionis incuriam aliquam.

O IESU potentissime, anxia est & sollicita anima mea, ut te vitamque tuam sequatur; ut ad te gloriamque tuam perueniat. Dic ei verbum illud: *Veni*, eius enim virtute, omnia illi facilia fient; Nam *f. credenti & fiduciam in te habenti omnia sunt possible.*

DENIQUE perpendendam, S. Petrum mox, atque verbum illud Christi *Veni* audiuit, & absque vlla mora aut timore ex nauis exiliuisset, & ambulare super aquas incepisse versus ipsum IESUM, cupientem illi approximare. ut ex hoc discam quanta velocitate fiduciaq;

II.

e Psal. 90. 13.

f Marc. 9. 23.

III.



oporteat me exequi quicquid ipsius Christi erit voluntatis, & quicquid eius obsequij intuitu proposuerim aut obtulerim, neq; hære aut dubitare quibusvis periculis me committere, in virtute verbi ipsius; siquidem

g *Phil. 4. 13.*

*g omnia potero in eo, qui me confortat.*

## PUNCTVM VII.

a *Matt. 14. 31.*

**V**IDENS a Petrus ventum validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit, dicens, Domine saluū me fac. Et continuo IESVS extendens manum apprehendit eum; & ait illi: Modica fidei, quare dubitasti? & cum ascendissent nauiculam, cessauit ventus, b & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.

b *Ioan. 6. 21.*

I.

PRIMUM hic perpendendum, permisisse Christum illum timorem in Petro, ne inaniter se extolleret; & agnosceret, se necdum habere perfectā fidem: vt qui imperterrito quidem animo se se in mare perturbatum proiecisset; sed validum tamen in eo ventum perimuisset: quia oculos ab ipso Christo, in quem initio eos coniecerat, auertit, & respexit ad ventum: deficiente autem Petri in Christum fiducia, defecit etiam eius in aqua cōsistentia, cœpit que mergi. O Deus omnipotens adiuua debilem fidem meam, nec patiaris me auerre oculos à te in tribulationibus occurrentibus, ne absorbear ab eis.

II.

DEINDE perpendam, eum, qui, vt Christi Domini voci obediat, eius verbo cōfidens, aliqua adit pericula, nō periturum: nam statim,

atque



atque in auxilium ipse vocabitur, aderit, manum porriget, ac à periculo eruet: sin sponte propria, ob vanitatem, aut iactantiam illa adiero, deseret me Deus in tantæ temeritatis pœnam; atq; vt Machabæos illos Sacerdotes, qui ob c nomen mane sine consilio pugnam aggressi sunt, perire permittet. *c. 1. Mach. 5. 60.*

TERTIÒ perpendam, Christo nauiculam ingrediente, *Ventū cessasse*: vt intelligamus, tentationes, quæ ipso exurgunt absente, eo præsentente euanescere: eiusdemq; auxilio appellit nauis cito & feliciter magnaq; tranquillitate ad terram viuentiū, & æternæ salutis portum.

III.

DENIQVE in tota hac historia docuit nos Christus familiarem suam nobiscum agendi rationem, dum vel ad religiosum statum, & ad aliquod magni momenti negotiū vocat. Nam initio omnia nobis reddit facilia & expedita, quò omni metu deposito, cōfidenter nos ad ea coniciamus: sed paulò pòst, tempestates exurgere permittit & timores, non vt deserat, sed vt in virtutibus progressum faciamus: ac demùm plenam cum ingenti lætitia pacem impertit, ob noua experimenta, quæ nos docent, quàm multa possimus ex eius gratiâ. Et in hunc sensum dixit per Prophetam: *d Ego lactabo eam, hoc est consolationum mearum lacte eam decipiã, vt me sequatur, & ducam eam in solitudinem; & loquar ad cor eius, & colloca- bo eam in valle Achor & tribulationum ad aperiendam spem, vt ex eis nouam concipiat spem, & canet ibi iuxta dies iuuentutis sue, &* *d Osee 2. 14.*

IV.



exultabit sicut in principio cum afflueret consolationibus. O dilecte mi, lacta ac decipe me sanctâ hac deceptione, ut à mundi fraudibus me eripias, & ad æternam cœlestem requiem perueniam. Amen.

MEDITATIO XX.  
DE ILLVSTRI DIVINITATIS  
Christi Confessione, quam  
S. Petrus professus  
est.

## PUNCTVM I.



INTERROGABAT IESVS  
discipulos suos: *Quem dicunt  
homines esse filium hominis?*

PERPENDENDVM  
primum Christum Dominum  
hanc interrogationem pro-  
posuisse, ut ait S. Lucas,

a Matt 16.

13.

a Marc. 8.

27.

I.

b Luc. 9. 18.

cum solus esset orans: ut intelligeretur, non  
curiositate, sed necessitate; nec proprii sui  
sed nostri commodi causa propositam esse, &  
doceret, orationis suæ virtute Petro reuelatâ  
esse veritatem, quam suo responso professus  
est. & si hoc lumen ego habere cupio, oratio-

c Iacob. 2. 5.

ne illud me obtenturum, iuxta illud Iacobus  
c *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à  
Deo, qui dat omnibus affluentem, & dabitur ei.  
postulet autem in fide nihil habitans.*

II.

DEINDE perpendam, eam interrogationem  
à Christo fuisse propositam, primò ut clario-

rem